Illustri Viro, Constan-
tino Hugenio, Mae-
cenati, Alb. Rusius S.P.D.

ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Quod faventiam operamq tuam, Vir
Colende, constanter mihi impendas,
facere Te quod istius est virtutis, quam
non adeo felicis auspicii nomen et Sym
bolum Tibi afferunt, atq ipsum plausibile
ejus, quae omnibus virtutibus praebet ge-
nus, exercitium, profiterer gratissimus,
nisi conscius mihi probe forem, quam pa-
rum instructus sim ab iis dotibus, quae
illam demereri valeant. Verum quanto
minus ullo merito ejus beneficia provoco,
tanto majores Tibi gratias debeo, qui
devincto gratificari pergis. Compertum
Tibi, quo loco negocium illud meum nunc
consistat, et denuo ei promovendo promi-
sisti benignissimum officium, apud Virum
illum Primarium, quo uteris famili-
ariter, exerendum. Nolui itaq, nec debui,
committere quin et per literas interpre-
tes significarem Tibi animum hunc nexu
et mancipio tuum. Simulq, tua illa eximia
benevolentia fretus, porro enixe rogare
audeo, ut eo acrius instare Viro illi poten-
ti digneris, quo sincerum ejus suffragium
et quasi supremam manum res ista urgen-
tius nunc postulat. Ita te, Fautor Obser-
vande, Tuisq Deus O.M. omni sincera felicita-
te beet. Rapti Amstelodami CIƆIƆCLVIII. postridie
Cal. Julias

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Rusius) 4
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5587

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Rusius) 4
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5587

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Rusius) 4
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5587

Illustri V.
Constantino
Hugenio, Equiti
Zulichemii Domino, Cel-
sissimo Auriacorum Prin-
cipi a consiliis &c.

Hagam

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Rusius) 4
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5587